QVÆSTIO VIII.

Nter alias di
uiſiones te-
ſtamẽtorum
a conditũ a in
ter liberos,
aliud condi-
tum inter extraneos. Habet
enim teſtamẽtum conditum in-
ter liberos hoc priuilegiũ, quod
etiãſi ſit imperfectum, ideſt, mi
nus ſolẽne, nihilominus valeat,
tanquam ſi eſſet ex omni parte
perfectum, & ſolẽne. Fac ergo
concluſionẽ; quod teſtamentũ
1 inter liberos valet, etiãſi in eo
nõ interueniant ſolemnitates à
iure ciuili requiſitæ; & de hoc
eſt text. expreſſus in l. hac con-
b ſultiſſima §. ex b imperfecto.
C. de teſtamen. qui eſt clauis in
hac materia, ſed ſolummodo at-
tenditur diſpoſitio iuris gen-
tium. Ita dicit Bart. in d. §. ex
imperfecto. in finalibus verbis:
& ita tenent omnes, vt dicit
Iaſon in Auth. nouiſſima, num.
16. C. de inoffic. teſtam. & ra-
tio eſt ſecundum communiter
Scribentes, teſte Curt. Iun. in d.
§. ex imperfecto, poſt num. 3.
& Natta num. 107. quia cum
cauſa teſtati foueat cauſam in-
teſtati, ceſſat timor falſitatis,
propter quem lex requirit ma-
iorem numerum teſtium. Sed
hęc ratio mihi non ſatisfacit:
quia ea attenta, ita dicendum
eſſet, quandocũque hæredes ab
inteſtato eſſent inſtituti, quod
tamen nõ eſt in iure verũ. Ideò
indicio meo tutius eſſe dicere,
hoc fuiſſe introductum fauore
ipſorũ liberorũ, quibus etiã iu-
re naturali debetur parentũ hę
reditas, & dicit Natta in re-
pet. d. §. ex imperfecto, num. 30.
quod ita dicunt commun. DD.
2 Hinc infertur in primis, quod
licet regulariter in teſtamenti
confectione debeant interueni-
re ſeptem teſtes, vt dixi infra
q. 56. tamen in teſtamento con-
c dito inter liberos ſufficiũt c duo
teſtes. Ita dicit Gloß. vnica in
Auth. quod ſine. C. de teſtam.
& eſt communis opinio, vt dicit
Grat. conſ. 90. nu. 3. lib. 2.
3 Sed quid in teſtamento cæ-
ci condito inter liberos, nũquid
ſufficiũt duo teſtes, an autẽ re-
quirũtur octo iuxta formã tra
ditã per l. hac conſultiſſ. C. qui
d teſt. face. poſſunt dixi d infra
quæſt. 17. verſ. ſed quæro.
4 Secundo infertur, quod li-
cet regulariter mulier poſſit eſ
e ſe teſtis in teſtamento, vt dixi
infra q. 46. verſ. ſcias tamẽ. ni-
f hilominus in teſtamento con-
fecto inter liberos, femina po-
teſt eſſe teſtis. Ita dicit gloſ. vni.
d. Auth. quod ſine. C. de teſtam.
& ita tenent omnes Doct. vt
dicit Dec. in l. 2. n. 31. in fi. ff. de
reg. iur. Hãc iuris etiã eſſe cõm.
opin. dicit Grat. in d. cõſ. 90. nu.
3. Ripa de peſte, in priuile. vlti-
marũ volunt. n. 24. Natt. in d.
§. ex imperfecto, nu. 166.
5 Tertio infertur, quod quãuis
de iure communi Notarius, &
teſtes, qui in teſtamento inter-
g ueniunt, debeãt g eſſe rogati, vt
dixi infra q. 58. in prin. & ver
ſic. Quod vero. tamen in teſta-
mento condito inter liberos nõ
requiritur, quod Notarius, vel
teſtes ſint de ipſo teſtamẽto ro-
gati. Ita dicit gloſ. in fin. in ver
bo excepto teſtamento. C. de co
dicill. quam dicit eſſe cõmuniter
approbatam, Dec. conſ. 610. nu.
2. Sigiſmund. conſil. feudali 8.
num. 16. Et ita communiter te-
neri atteſtatur Cornel. in dicta
Auth. quod ſine, num. 6. Hanc
etiam opin. dicit eſſe communẽ.
Iaſ. conſil. 68. circa princ. lib. 2.
Rubeus conſil. 6. num. 5. Natt.
in §. ex imperfecto, nu. 159.
6 Sed quæro; Tu ſcis, quod ad
hoc, vt teſtamentum valeat, re-
quiritur, quod filius in poteſta-
te ſit inſtitutus, vel exhæreda-
tus, alias autẽ ſi ſit præteritus,
teſtamẽtũ eſt nullũ, vt dixi in-
fra q. 42. nũquid hæc concluſio
habebit locũ, etiã in teſtamẽto
condito inter liberos, ita vt ſi
forte vnus ex ipſis filijs in eo
ſit præteritus, teſtamẽtum cor-
ruat, neque ſuſtineatur ex diſpo
ſitione d. §. ex imperfecto? Reſp.
h quod in h talis teſtamento, in
quo vnus ex liberis ſit prę teri-
tus, non habet locũ diſpoſitio d.
§. ex imperfecto. Ita tenet gloſ.
in l. ſi filius, qui in poteſtate. in
gloſ. fin. ff. de lib. & poſthum.
quam ſequuntur communiter
DD. vt dicit Dec. conſil. 105.
nu. 5. in fin. Eamdem gloſ. atte-
ſtatur eſſe comm. approbatam.
Claud. in l. inter cetera, num. 8.
ff. de lib. & poſthu. Et hanc eſſe
commun. opin. dicit, Alex. conſ.
126. poſt n. 3. verſ. nec obſtat:
id quod habetur lib. 2. Natt. in
d. §. ex imperfecto. nu. 17. Be-
rous in c. Rayn. nu. 3. & ſequ.
Hic enim defectus præteritio-
nis eſt potius circa ſubſtan-
tiam, quam circa ſolemnitatem
ipſius teſtamenti: meritò non
tollitur ex diſpoſitione d. §. im-
perfecto. Præterea eſſet val-
de inconueniens, vt diſpoſitio
d. §. ex imperfecto. quæ fuit in-
ducta in fauorem liberorum,
retorqueretur in eorum odium,
contra communes regulas. Vi-
de, quæ dixi infra. verſic. ſed
pone..
7 Sed pone: Teſtator in teſta-
mento inter liberos aliquid re-
liquit vni ex filijs ſuis, non ta-
men titulo inſtitutionis, prout
de iure requiritur, vt dixi in-
fra q. 38. Nunquid tale teſta-
mentum, nõ obſtante huiuſmo-
di defectu, ſuſtinebitur? Reſp.
quod non, ſed omninò etiam in
i teſtamento i inter liberos de-
bet omnibus filijs aliquid re-
linqui iure inſtitutionis. Ita
volunt communiter Doctores,
vt dicit Ruin. conſ. 1. nu. 3. lib.
2. Et hanc opin. communiter
teneri atteſtatur Salic. in Au-
thentic. nouiſſima, num. 1. C. de
inoffic. teſt. quem refert Alex.
K conſ. k 75. n. 17. lib. 3. Eandem
opin. dicit eſſe communem Al-
ber. in d. Auth. nouiſſima, circa
princ. Matheſill. ſingul. 106.
quem refert Io. Cirier. de pri-
mogenit. in 3. quæſt. 2. lib. num.
14. Bertrand. conſil. 19. col. 1.
lib. 3. in 2. parte, & conſ. 130.
nu. 2. eo. vol. Clau. in l. inter cæ-
tera, nu. 4. & ſeq. ff. de lib. &
poſth. Curt. Iun. in d. §. ex im-
perfecto, nu. 13. Natta in codẽ
§. ex imperfecto, num. 112. &
ſeq. Apoſtill. ad Alex. conſil.
168. ſub nu. 6. lib. 5. Ioan. Di-
lect. de arte teſtan. tit. 3. caut.
1. nu. 8. Emil. Ferret. in l. filium
quem habentem, nu. 25. & ſeq.
C. famil. herciſcun. Dicit etiam
Guliel. de Benedic. in 1. par. re-
pet. cap. Raynut. fol. 194. num.
135. quod hanc opinion. veluti
communem tenet vtraq; ſcho-
la Legiſtarum, & Cano. Idem
dicit Probus in Apoſtil. ad Io.
Monach. in cap. ſi pater, n. 17.
de teſt. in 6. Hanc etiam eſſe
communem opin. Legiſtarum,
& Canon. atteſtatur Iaſ. in d.
Auth. nouiſſima. num. 16. &
ſeq. licet ipſe teneat cõtrarium,
& dicat, quod ſi caſus contin-
geret, ita conſuleret, & iudica-
ret. Tu vero in conſulendo, aut
iudicando non recedas a com-
muni opinione: quia lex, quæ
diſpoſuit, teſtamentum inter li-
beros imperfectum valere, cõ-
dita fuit in fauorem filiorum,
vt ſuperius dixi. Ideò vbicun-
que conditio filiorum efficitur
deterior, non debet habere locũ
diſpoſitio illius legis. Quod
autem deterior ſit eorum con-
ditio, vbi non ſint vocati titu-
lo inſtitutionis, patet ex his,
quæ dixi in d. q. 38. verſ. neque
credas. Faciunt, quæ dixi ſupra
verſ. Sed quæro.
8 Vnum l tamen ſcias in hoc
l propoſito, quod in teſtamento
m inter liberos ſemper ſubintelligitur m clauſula codicillaris.
Ita dicit gloſſ. nota. in l. cohæred. §. cum filiæ, in verbo, non
valuit, ff. de vulgar. quæ ab omnibus eſt approbata, vt dicit
Boer. deciſ. 250. poſt numerum 6. verſic. & ſi non valeat.
Et hanc concluſionem dicit eſſe communem, Iaſ. in d. §. cum
filiæ, circa fin. quem refert Bellon. conſil. 85. nu. 4. Quod no-
ta, quia eſt maximi effectus, vt videbis infra in diſcurſu
materiæ
9 n Vlterius quæro, nunquid n valeat teſtamentum inter libe-
ros nutu conditum? Reſpondeo, quod non. Ita tenet Angel.
in l. diſcretis, C. qui teſtam. fac. poſſ. vbi refert hãc quęſ. fuiſ-
ſe de facto in Cardinali Peruſino. Et hanc opinionẽ dicit eſ-
ſe magis communem, Natta in d. §. ex imperfecto, nu. 104.
Bauer. Inſtit. de teſtam. in princ. num. 93. Et ſic vides quod
non valet abſolutę argumentum de teſtamento ad pias cau-
ſas ad teſtamentũ inter liberos. Nã teſtamentũ ad pias cau-
ſas nutu conditum valet, vt dixi ſupra quæſtione 6. verſi.
quinto infertur. Secus autem in teſtamento condito inter
liberos, vt hic.

ADDITIONES.

a Onditum inter
liberos.] An
teſtamentum
in quo liberi
ſunt inæqualiter inſtituti
gaudeat uiliæ priuilegijs?
Negatiuam defendit Ti-
raquel. de iure primoge-
nit. q. 4. n. 4. Marian. Iun.
cõſ. 127. uol. 1. & cõſ. 96.
uol. 2. Affirmatiuam tuẽ-
tur Bero. q. 36. Rimin. in
§. ex imperfecto. Eman.
à Coſt. in repet. c. ſi pa-
ter, par. 1. uer. in ſuo teſta-
mento, de teſta. in 6. uide
Gab. de teſta. concl. 6. &
Cæphal. conſ. 431. nu. 20.
uol. 3. quæ hic traduntur,
& priuilegia teſtamẽti in-
ter liberos locũ ſibi uẽdi-
cant etiã in teſtamẽto ma
tris. § ex imperfecto. Ha-
ſta. conſ. 622. nu. 5. Goue.
b Ex imperfecto.] Iſtius
§. diſpoſitio non habet lo-
*1 cum † in teſtamento im-
perfecto ratione pręteri-
tionis: vt per Dec. in cõſ.
105. col. fi. qui ibid. con-
cord. citat. Verum habet
locum quando filij ſunt
omnes æqualiter inſtitu-
ti: at ſecus ſi eſſent inæ-
qualiter inſtituti; quia tũc
non procedit. vt poſt Ro-
ma. conſ. 385. col. 2. verſ.
2. in princ. tradit Dec. eo-
dem conſil. 105. num. 6.
Adde, & vide per Rimi-
nal. Iun. conſ. 428. nu. 13.
14. 15. Giach.
c Sufficiunt duo teſtes.]
Adde etiam idẽ inter ne-
potes. Ita cõtra Curt. iun.
concludit Natta conſilio
423. nu. 13. Giach.
Sufficiunt duo teſtes.]
1 Adde ad † huius conclu-
ſionis confirmationẽ tex.
in l. hac conſultiſſima 21.
§. ex imperfecto. 1. ibiq;
Bartolum, Alexandrum,
Baldum, Angelum, Iaſo-
nem, Corneum, Sichar-
dum, Donellum, & Gil-
kenium, C. de teſtamẽt.
Didacum Couarr. in cap.
relatum, 11. num. 4. & 5.
ext. eod. Vaſq. in tract. de
ſucceſſ. creat. §. 21. nu. 58.
Franciſc. Viui. commun.
opin. lib. 1. opin. 43. verſ.
interpretatur quoque, &c.
Ludouic. Zunth. in reſpõ
ſo, ſeu conſil. pro vxore,
num. 63. Mantic. libro 6.
de coniect. vlt. voluntat.
cap. 2. Gail. lib. 2. obſ. 112.
nu. 1. Graſſum lib. 1. re-
cept. ſentent. §. teſtamen-
tum, q. 11. nu. 4. Meyrer.
in tracta de teſtamentar.
ſucceſſionib. lib. 1. ti. 14.
nu. 2. & Hartm. Piſt. lib. 1.
q. iur. q. 1. n. 1. Petr. Gre-
gor. in Syntagm. iur. vni-
uerſ. lib. 42. cap. 5. & Ioã-
nem Dauth. in tracta. de
teſt. titul. de teſtibus teſta
ment. num. 430. vbi plu-
res citat. Harprec.
d Dixi infra.] Vide quæ
addidi præall. q. 17. Giac.
e Teſtis in teſtamento.]
Adde idem de iure cano-
nico. Vide per Ioan. Di-
lect. de arte teſtan. tit. 2.
in 2. caut. ſub num. 7. vbi
etiã citat Alex. atteſtantẽ
illam communẽ, atq; ſeq.
in cõſ. 70. ſub n. 13. 14. &
16. ẽt ad pias cauſas, & ẽt
tẽpore peſtis licet in teſtõ
in quo liberi ſint inſtituti,
poſſit, vt hic, & ibi. Giac.
f In teſtamento confecto
2 † inter liberos femina po-
teſt eſſe teſtis.] Adde,
quod ſufficiat, etiãſi vter
que teſtis ſit femina; ſe-
cundum Bald. in Auth. ꝙ
ſine num. 2. C. de teſtam.
Couar. in d. cap relatum,
11. n. 5. ext. eo. ti. Hartm.
Piſtor. d. q. 1. nu. 3. Vaſq.
tract. de ſucceſſ. creat. p.
1. li. 3. §. 21. n. 58. hoſque
referentẽ Thadæum Piſ.
lib. 1. var. reſol. c. 7. nu. 5.
Adde quoq. Far. in tract.
de teſt. b. q. 59. num. 68.
& ſeq. Harprec.
g Debeant eſſe rogati,
3 &c.] Quod † in teſtõ in-
ter liber. teſtes nõ debeãt
neceſſario eſſe rogati, te-
nẽt etiã, præter hic addu-
ctos, Bald. Salic. & Fulgoſ.
in d. Auth. quod ſine C.
de teſtam. Sichard. in d. l.
hac cõſultiſſima, 21. §. ex
imperfecto, nu. 1. C. eod.
Thad. Piſo d. lib. 1. varia.
reſolut. cap. 7. n. 6. Graſſ.
d. §. teſt. q. 11. & nu. 6. &
Hartman. Piſtor. d. q. 1.
num. 2. Harprec.
h In tali teſtamento, in
quo vnus ex liberis ſit præ
4 teritus, &c.] Si vnus † ex
filijs in ipſo teſtõ ſit prę te
ritus, tũc tale teſtũ ẽt in-
ter liberos cõditum ex vi
tio præteritionis, nullius
momẽti eſſe, hæc euincit
ratio, quod diſpoſitio d. l.
hac cõſultiſſ. 21. §. ex im-
perfecto. C. de teſt. nõ di-
ſpenſet, niſi in defectu ſo
lemnitatis probatoriæ, vt
poſt Clarũ noſtrũ, & alios
ab ipſo citatos, docẽt Graſ
ſus d. §. teſt. q. 11. n. 9. Mã
tic. d. lib. 6. de cõiect. vlti.
volunt. tit. 2. & Piſo d. c.
7. num. 39. Harprec.
i In teſtamento inter li-
5 beros debet omnibus filijs
aliquid relinqui iure inſti-
tutionis.] Adde idem ſen-
tientes Didacum Couar.
in cap. Raynutius. 16. §. 1.
nu. 2 de teſt. Alex. conſil.
158. vol. 5. Gailium d. lib.
2 obſ. 112. num. 11. & 12.
Hartmanum Piſtoris d. q.
1. num. 14. Graſſ. d. q. 11.
num. 10. & Thadeum Pi-
ſonem d. c. 7 num. 40. ta-
metſi, poſt Iaſonẽ in Au-
then. nouiſſima, nu. 16. C.
de inoffic. teſt. contrarium
teneat Sichard. in d. l. 21.
§. ex imperfecto, nu. 3. C.
de teſt. qua de re vberius
diſputabitur infr. ad q. 38.
num. 8. Harprec.
K Alex. conſ. 75.] Adde
quia eſt, conſ. 76. vbi etiã
vide in additio. Giach.
l Vnum tamen ſcias in
6 hoc propoſito, &c.] In † te
ſtamento imperfecto in-
ter liberos ſemper intelli-
gitur clauſula codicillaris
(vt, ſi non valet iure te-
ſtamenti, valeat iure co-
dicillorum) etiãſi expreſ-
ſè a patre appoſita nõ fue
rit. Ita tradunt Alexand.
conſ. 176. num. 5. vol. 5. &
conſil. 105. vol. 7. Gail. d.
lib. 2. obſer. 112. numer. 1.
Reuſner. in tract. de codi
cill. c. 23. nu. 9. Curt. Sen.
conſil. 75. Marian. Socin.
conſil. 144. nu. 36. volu. 2.
& Ioſeph. Ludou. deciſ. 2.
nu. 31. Quinimò & alia
magis generalis clauſula
ſubintelligitur; videlicet,
vt ſi non valet, quod ago
vt ago, valeat omni me-
liori modo, quo valere po-
teſt: vt, poſt alios, anno-
tarunt Graſſus d. §. teſta-
mentum, q. 11 num. 11. &
Piſo prædicto c. 7. nu. 42.
Hucq; pertinent, quæ an-
notaui ad §. 1. nu. 7. Inſtit.
de codicill. Harprec.
m Clauſula codicillaris.]
Adde Matheſil. ſing. 41.
Hyp. ſingul. 36. Quinimo
hæc eadẽ clauſula totiens
ſubintelligitur, quotiens
is, cui teſtator prouidit,
fuit ei valde dilectus, nam
vehemens amor vim ha-
bet clauſulæ codicillaris, l.
in teſtamento, ff. de fidei-
com. li. Rom. conſil. 179.
verſ. ad quod dicendum,
Iaſ. in l. exigendi, num. 5.
ff. de procur. Gram. deciſ.
62 nu. 27 & 28. Gouean.
n Nunquid valeat teſta-
mentum inter liberos nu-
7 tu conditum.] Quod † te-
ſtator, qui in extremis po-
ſitus loquelam amiſit, nu-
tu, & ſignis liberos teſta-
ri non poſſit, probari vi-
detur per textum in l. iu-
bemus, 29. ver. ſi enim ta-
lis eſt teſtator, &c. C. de
teſt. vbi Iuſtinianus diſer-
tè reſcripſit; teſtatorem,
qui neque ſcribere, neque
articulatè loqui poteſt,
mortuo ſimilem eſſe. Qua
de re vide Graſſum d. lib.
1. recept. ſent. §. inſtitutio.
q. 17. nu. 3. Tiraquellum
de priuil. pię cauſę, priuil.
8. Vaſquium in tracta. de
ſucceſſ. creat. §. 22. nu. 15.
& Thadæum Piſonem d.
lib. 1. var. reſol. c. 7. nu. 38.
Harprec.

QVÆSTIO IX.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 Teſtamentum inter liberos imperfectum ratione voluntatis, an ſuſtineatur.
2 Et quid ſi teſtator illud iam cęptum plenè perficere non potuit.

Ex Additionibus.

1 An, & quatenus teſtamentum ratione voluntatis inter liberos ſubſiſtat, tribus caſibus explicatur.
2 Primus caſus eſt, ſi teſtator illud iam cęptum, plenè perficere non potuit.
3 Secundus eſt, ſi teſtator aliquid dicendum in aliud tempus reſeruauit.
4 Tertius, ſi teſtator fecit ſcribi ſuam voluntatem, & iuſſit vocari plures teſtes, & antequam venirent, deceſſit.

QVÆSTIO IX.

1 Habes ergo ex præcedenti concluſione, quod teſtamentum inter li-
a beros, licet imperfectum valet, Quæro nunc, an iſta concluſio generaliter procedat ex quocũque defectu tale teſtamentum imperfectum remanſerit? Reſpon. quod nõ, ſed ſolũmodo quãdo eſt imperfectum ratione ſo-
b lemnitatis. Ceterum ſi ſit b imperfectum ratione voluntatis, non ſuſtinetur. Ita ſentit Gloß. in l. ſi is, qui in gloß. vnica, ff. de teſtament. quam gloſſ. omnes ſequuntur, vt dicit Rimin. in dicta l. hac conſultiſſima, §. ex imperfecto, columna prima. Et illam dicit eße communiter approbatam, Ruinus conſilio decimoquinto, numero ſecundo, libro ſecundo. Dicit etiam Paulus de Caſtro in dicto §. ex imperfecto numero tertio quod ita tenent omnes. Et ita communiter teneri atteſtatur Cornelius in eodem §. ex imperfecto, numero tertio. Hant etiam opinionem dicit eſſe communem Alexand. conſilio 76. numero decimotertio libro tertio, Iaſ. conſil. 155. columna ſecunda, libro ſecundo, quem refert Ioan. Dilectus de arte teſtandi, tit. 2. caut. vltim. nu. 6. Rubeus conſ. 94. poſt nu. 3. Socin. Iun. conſil. 147. nu. 30. & ſeq. lib. 2. ſubdens, non eſſe ab ea conſulendo, ant iudicando recedẽdũ. Et hanc eſſe communem theoricam dicit Beſſet. in repet. l. 1. num. 176. C. de ſacroſan. eccleſ. Tu vide ea, quæ latius in hoc propoſito, loquendo de teſtamẽto ad pias cauſas, dixi ſupra q. 7.

Hinc infertur; quod ſi teſtator ceperit inter liberos teſtari, & facta inſtitutione, & alijs legatis, priuſquam faceret vnum legatum, quod adhuc reſtabat faciendum, morte præuentus, illud facere nen potuit; tale teſtamentum non valet, neque ſuſtinetur etiam, quod imperfectè diſpoſita. Et hanc dicit eſſe communem opinionem. Curtins Iunior in dict. §. ex imperfecto, numero primo, Natta in dicto §. ex imperfecto, numero 139. & ſeq. Socin. Iun. iu d. conſil. 147. numero 22. Vide, quæ dixi in d. quæſt. 7. ver. Aliquando, & quarto.

ADDITIONES.

a
*1 Imperfectum.] Hic adde, quod teſtamentum imperfectum † dicitur cum teſtator eſſet alia dicturus, licet in eo adeſſet inſtitutio, atque ſubſtitutio communiter poſt Cardin. Pariſi. conſilio 146. artic. 2. volum. 4. atteſtatur Cæphalus in conſilio 294. ſub nume. 9. & iſtud ſiue tacitè, ſiue expreſsè cõſtet teſtatorem voluiſſe addere, vel detrahere, dicit. Idem de teſtamento haud lecto, nec publicato, in quo teſtes non ſunt rogati; quod ſimiliter videtur imperfectum ratione voluntatis, communem per eumdem Cæphalum, conſilio prædicto numero 10. Et de iſtis duabus communibus opinionibus dixi in collect. mea commun. opinion. in verb. teſtamẽtum, num. 55. uide ibi fuſius. Giachar.

b Si ſit imperfectum.] Vide hanc ipſam quæſt. de teſtamento ad pias cauſas apud Tiraquel. de priuil. cau. priuil. 7. Gouean.

Si ſit imperfectum ratione voluntatis non ſuſtinetur.] Pto euidentiori reſolutione huius quæſtionis) qua diſceptatur,
1 an, & quatenus † teſtamentum ratione uoluntatis inter liberos ualeat) tres præcipuè conſiderandi ueniunt caſus. Primus
2 † eſt, quando conſtat perſpicuè de imperfectione uoluntatis: ut quia teſtator incepit inter liberos, teſtari, & aliqua diſpoſuit, puta inſtitutionem, uel legata quædam, & dum circa alia verſaretur, antequam perfectè compleret teſtamentum mortuus eſt, ſenſum vt amiſit, uel loquelam. Hoc caſu dubium non eſt ullum, qui talis diſpoſitio non ualeat, per textum apertum in l. ſi is, qui teſtamentum. 25. ff. qui teſtament. facer. poſſ. Et hanc eſſe communem opinioné, præter Doctores hic numero 2. à Claro noſtro allegatos, teſtantur Ferdinandus Vaſquius in tractatu de ſucceſſion. creat. §. 21. num. 7. & de ſucceſſion. progreſſ. §. 30. num. 44. verſicul. quid, ſi teſtamentum, &c. Boerius deciſ. 240. Franciſcus Viuius commun. opinion. libr. 1. opin. 339. Gail. libro ſecundo obſeruat. 12. nu. 14. Michael Graſſus lib. 1. recept. ſentent. §. teſtamentum, q. 12. nu. 1. 2. Thadeus Piſo lib. 1. uar. reſol. cap. 7 nu. 36. Mynſingner. cent. 5. obſer. 28. nu. 4. Fachineus lib. 4. cõtrouerſ. iur. c. 4. in princ. & Gilkenius ad l. hac cõſultiſſima. 21. §. ex imperfecto, num. 27. C. de teſtam. Secundus caſus eſt: quã-
3 do teſtator in ipſo teſtandi actu aliquid amplius non erat dicturus; ſed dixit omnia, quæ tunc uoluit, iſtum actum pro abſoluto habens; Veruntamen reſeruauit quippiam dicendum in aliud tempus: vt ſi dixit ſe uelle poſteà conditiones adijcere, uel deliberare, an conſanguineis aliquid relinquere uellet. Hoc caſu reſeruatio iſthæc non arguit voluntatis imperfectionem, nec efficit, quin teſtamentum ſuſtineatur. Ita poſt Aretium in l. ſi teſtamentum. S. C. de inſtitut. & ſubſtitut. & Ludouicum Zunt. in reſponſ. pro uxore, numer. 302. ſentiunt Graſſus d. q. 12. num. 4. & Piſo dicto c. 7. nume. 37. Tertius caſus eſt: quan-
4 do † Teſtator fecit ſcribi ſuam uoluntatem, eamque ordinauit coram duobus teſtibus, & iuſſit uocari Notarium, & plures teſtes, ut de ea eſſent rogati, & antequam uenirent, deceſſit. Hoc caſu licet quidã exiſtiment, tale teſtamentũ ratione uoluntatis imperfectum, & inualidum eſſe, Oldr. cõſ. 119. Iaſ. conſ. 155. uol. 4. Ruin. cõſ. 11. col. 4. uol. 3. & alij, cõtrariũ tamen (quod uidelicet tale teſtamentum non dicatur imperfectum ratione uoluntatis, ſed ſolemnitatis tantum, & conſequenter talis ordinatio habeat uim teſtamenti inter liberos) probabilius, & receptius putatur. Siquidem cenſetur teſtator uoluiſſe, ut de uoluntate ſua publicum conficeretur teſtamentum, adhibitis teſtibus, & Notario, ad faciliorem potius probationem, quam quod uoluerit ſe reſtringere ad certum modum teſtandi in ſcriptis. Alex. in d. l. hac conſultiſſima 21. §. ex imperfecto, num. 4. C. de teſt. Boer. dec. 240. Vaſq. d. tract. de ſucceſs. progreſſ. §. 30. nu. 44. uerſ. quod ſi teſtam. &c. Graſſ. d. §. teſtamentũ q. 12. nu. 6. & Thad. Piſo d. li. 1. uar. reſol. c. 7. n. 37. Qui duo, & alios caſus recenſent. Harpr.

QVAESTIO X.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 Teſtamentum imperfectum inter liberos, an ſuſtineatur etiam in fauorem extraneorum.
2 Et quid ſi ſubſtituat teſtator uni ex filijs ſuis pupillis aliquem exeraneum.
3 Et quid ſi dederit tutorem extraneum.
4 Et an talis tutor debeat à Iudice confirmari.

Ex Additionibus.

1 An teſtamentum imperfectum inter liberos ſuſtineatur etiam in fauorem extraneorum, remiſſiuè.
2 Et quid ſi vni ex filijs teſtator ſubſtituat aliquem extraneum, remiſſiuè.
3 Num pater filijs poſſit dare tutorem extraneum, remiſſiuè.
4 Tutor in teſtamento minus ſolemni à patre, vel matre datus, quomodo confirmetur.
5 Ratio diuerſitatis inter dationem tutelæ, à patre, & matre factam.
6 Mater non tam prouidè, ac pater, liberis ſuis conſulere poteſt.

QVÆSTIO X.

1
a Diſpoſitio d. §. ex a imperfecto, ſuſtinet teſtamẽtum minus ſolemniter conditum à patre inter liberos, quatenus concernit intereße ipſorum liberorum. Sed ſi in ipſo teſtamento ſit aliquid inſertum, quod concernat fauorem, aut commodum alicuius extranei, illud non ſuſti-
b netur, ſed b habetur pro non appoſito: & teſtamentũ ipſum, quo ad reliqua cõcernentia filios, firmum remanet. Ita expreſsè dicit text. in d. §. ex imperfecto. & intellige extraneum in hoc propoſito eũ, qui non eſt de liberis.

2 Hinc infertur, quod ſi teſtator in teſtamento inter liberos ſubſtituat vni ex filijs ſuis pupillariter aliũ ex filijs ſuis, talis ſubſtitutio tanquam facta in fauorem filiorum ſuſti-
c netur. Sed ſi illi c ſubſtituat aliquem extraneum, & qui non ſit de liberis, non ſuſtinetur: Ita dixit Bartol. in l. 2. num. 18. ff. de vulgari. & eſt communis opin. vt dicit Curt. Iun. in d. §. ex imperfecto, numero 6.

3 Secundo infertur, quod licet poſſit pater in teſtamento inter liberos dare vnum ex filijs ſuis alteri filio in tutorem, ſaltem quando erat ab inteſtato legitimus tutor, prout communiter Doctores diſtinguere videntur, teſte Curt. Iun. in dicto §. ex imperfecto, num. 26. in fin. (licet mihi ſemper magis placuerit, quod indi-
d ſtinctè id facere poſſit) d non tamen poterit pater in tali teſtamento dare filijs tutorem extraneum. Ita dicũt communiter Doctores, vt ait Salicet. in dict. §. ex imperfecto. col. 1. verſ. Oppo. cum gloſ. & ita cõmuniter tenetur, vt dicit Corne. in d. §. ex imperfecto, num. 15. Hanc etiam eſſe communẽ opinionem atteſtatur Curt. Iunior in dicto §. ex imperfecto. num. 26. Licet enim datio tutoris concernat fauorem filiorum, cum tamen redundet in præiudicium, & onus alterius, non videtur æquum, vt priuilegium conceſſum filijs alteri ſit oneroſum.

4 Scias tamẽ in hoc propoſito, quod licet datio huiuſmodi tutoris extranei in teſtamento inter liberos non ſuſtineatur, tanquam per ſe valida, ſuſtinetur tamen ad hunc effe-
e ctum, vt talis tutor e datus à patre debeat poſtea per Iudicem in tutorem confirmari. Et hanc dicit eſſe magis communẽ opin. Alex. conſil. 140. nu. 2. lib. 1. quod nota, quia eſt maximi effectus. Nam tutor datus in teſtamento minus ſolemni, tamen confirmatus à Iudice, præfertur tutori datiuo, ſicut præfertur teſtamentarius, vt declarat Alex. ibi, & dixi ſupra lib. 2. §. tutor. Neque credas, quod nihil interſit, an quis ſit datus in tutorem, & quod datio valeat: An autem, quod datio non valeat, ſed omninò debeat à iudice confirmari, quia imò multum intereſt. Nam quando valet datio, tenetur tutor ſtatim tutelam gerere, alias tenetur de neglectis; ſed ſi non valet datio, non tenetur petere ſe confirmari: & ideò intereà, donec ſit confirmatus, non tenetur de neglectis, vt declarat Natta in d. §. ex imperfecto, numero 123. & dixi in §. tutor.

ADDITIONES.

§.
a Ex imperfecto.] Aduerte, quod tametſi procedat extantibus filijs legitimis, & naturalibus, & legitimatis ſimul: tamen id intelligitur, modo plus non relinquatur legitimato, quam legitimo, & naturali. Ita tradit Natt. ff. in eodem, §. quæſt. 18. quem refert, atque coadiuuat Rol. in conſil. 95. col. 1. & 2. vol. 3. qui tamen in contrarium conſuluit, & dicit contrarium verius, & cõtraria diluit. Vide ibi per eum. Giach.

b Sed habetur pro non appoſito.] Quod illud,
1 quod † in teſtamento imperfecto inter liberos extraneis relictum eſt, pro non appoſito, ſiue nullo habeatur, & filijs accreſcat, tradũt Fernand. Vaſquius in tract. de ſucceſſ. creat. § 14. nu. 118. Michael Graſſus lib. 1. receptar. ſentent. §. teſtam. q. 14. num. 1. Thadæus Piſo lib. 1. var. reſolut. cap. 7. num. 33. & Petrus Gilchenius ad l. hac conſultiſſima. 21. §. ex imperfecto. n. 25. C. de teſt. Harprec.

c Si illi ſubſtituat aliquem extraneum, non ſu-
2 ſtinetur.] Adde † de hac concluſione varias ſentẽtias explicantem Michaelem Graſſum, dict. q. 14. num. 2. Adde quoque Sichardum in dict. l. 21. §. ex imperfecto, num. 8. C. de teſtam. Harprec.

d Non tamen poterit
3 pater.] Hanc diſtinctionem (qua vnus ex liberis ſecernitur ab extraneo, vt illic tutelæ datio valeat, hic non item) probãt etiam Cynus nu. 1. Bald. num. 9. Angel. circa finẽ. Caſtrenſ. numer. 5. Fulgoſ. nu. 2. Sichard. num. 6. Iaſon num. 18. & Donellus nu. 5. in d. l. hac cõſultiſſima. 21. §. ex imperfecto. C. de teſtam. quamuis eandem diſtinctionem reſpuat Gilchenius ibidẽ, num. 10. Harprec.

e Tutor datus à patre debeat poſteà per iudicẽ in tutore confirmari.] Hic
4 addendũ † quod tutor in teſtamento minus ſolemni à patre datus, à prætore, ſeu Magiſtratu cõfirmetur omnimode, ſiue abſolutè, ideſt, ſine vlla morum, probitatis, facultatum inquiſitione: à matre verò datus non cõfirmetur, niſi cũ inquiſitione, l. pater 4. ff. de teſtam. tutel. l. 1. C. de confirmand. tutor. l. 2. 3. 5. 8. & duab. ſeq. ff. eod. Ratio diuerſitatis eſt: quia
5 patris † reuerentiæ, & recto iudicio de filij cõmodis hoc tributum eſt; vt quẽ filio impuberi tutorem ſuprema voluntate, non vt lege præcipiebatur, dederit; puta non iuſto teſtamento, aut codicillis, aut nõ quomodo dari oportet: is tutor omnimodo cõfirmari debeat; perinde ac ſi ex teſtamẽto ſolemni datus eſſet d. l. 3. ff. de confirm. tutor. Mater autẽ, propter ſexus, & iudicij imbecillitatem, fragilitatemq; non tam prouidè, conſulere liberis poteſt in tutore deligendo, quam pater, l. 2. §. 2. ff. ad ſenatuſconſult. Velleian. l. ſi mulier. 22. C. eod. & l. ſi pater. 4. in fin. C. de ſponſalibus. Verum de tutorum confirmatione copioſius differui in §. ſed & ſi emancipato. 5. Inſtit. de tutelis. Harpr.

AD-

QVÆSTIO XI.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 Qui Auctores teneant, teſtamentum imperfectum inter liberos non valere, niſi in ſcriptis confectum.
2 Referuntur Auctores exiſtmantes, teſtamentum imperfectum inter liberos, etiam nuncupatiuum ſuſtineri.
3 Schedula matris, an habeat vim teſtamenti inter liberos.

Ex Additionibus.

1 Teſtamentum imperfectum inter liberos, an ſuſtineatur, etiam ſi non ſit in ſcriptis confectum.

QVÆSTIO XI.

Quæro, an diſpoſitio dict. §. ex imperfecto. generaliter procedat in quocunque teſtamento, ſcilicet tam nun-
1 cupatiuo, quam in ſcriptis confecto? Hæc difficultas orta eſt ex diſpoſitione Auth. quod ſine, poſitæ poſt ipſum §. Licet enim verba §. ex imperfecto, ſint generalia, et conueniãt cuicũque teſtamento: cũ tamen d. Authent. ſubſequens, quæ videtur limitare diſpoſitionem dict. §. loquatur in teſtamen-